

denn daß er es diesem, so benennet worden, leihen  
solle. *Lehn. c. 36. per tot.*

VII. Modo hi intra annum & di-  
em investituram petierint à Domi-  
no. Hoc enim si neglexerint, feu-  
do privantur.

In favorem Descendentium feudo domino  
à vasallo refutato, dominus eos investire obnoxius  
est juxta Ludw. c. 15. p. 313. & ea, quæ in *preced.* §.  
dicta sunt. Sed hoc contra iis, in quorum favo-  
rem refutatio facta, incumbit, ut, nisi feudo pri-  
vari velint, intra unius anni ac mensis spatium de  
Jure Feudali communi; intra annum, sex septi-  
manas & tres dies vero de Jure Feudali Saxonico  
investituram petant. *Struv. c. 10. aph. 7. n. 2. Rhet.*  
*in comment. feud. l. 1. t. 22. p. 450. n. 6. & Bechmann.*  
*in usu pract. feud. Exerc. 2. p. 58. n. 3. etiam si refu-*  
*tans adhuc in vivis sit, Mynsing. c. 5. obs. 65. num. 14.*  
Quid autem consilii, si dominus petenti investitu-  
ram denegaverit? Privantur ne feudo pater refu-  
tatione, & filius denegatione investituræ facta à  
domino? *Resp. Mynsing. loco supra alleg.* si domi-  
nus eum, qui investituram petit, investire recuset,  
nihil-